



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Auctarium. Sive Additiones Ad Viri Clarissimi Henr. Zoesii
J.V.D. Universum Jus Canonicum**

Geismar, Justus Moritz von

Coloniæ Agrippinæ, 1691

Ad tit. X. de ordine Cogoitio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62259)

leg. & l. fin. Cod. de usur. rei iud. Quod tamen tempus nequaquam concedendum videtur condemnato aetione depositi, commodati, aut simili, quibus certa species petitur, ne mali iis indulgeatur. Ita D. Schambogen. ad §. 2. Instit. de offic. iud. Nisi tamen & hic in rei petitæ æstimationem condemnatus esset. Vinn. ad d. §. 2. In actionibus reallibus dicto quadrimestri locus non est, quia cum reus habeat rei restituendæ facultatem & rem possideat, executio differri non debet, nè ipsi subministratur occasio malignandi, adeò ut si frustratorie inducis petat, res, quæ penes eum est, manu militari auferri possit, L. qui restituere 68. ff. de Rei Vind. Eodem modo condemnatus in causa criminali non gaudet ullâ dilatione, quia expedit, ut facinorosi quàm citissime ultimo supplicio, vel aliàs poenâ factò condignâ afficiantur in terror maliorum, nisi causa magna sit, uti si mulier prægnans condemnata sit, & similibus.

Quæres: An dilationes prorogari possint? R. quod prima dilatio prorogari non possit iuxta Gail. 1. obs. 91. Quia habito remedio ordinario non est recurrendum ad extraordinarium, adeoque cum possit adhuc peti secunda & tertia dilatio, sequitur priores prorogari non posse, quod prorogatio in hoc passu sit remedium extraordinarium ad quod facile descendendum non est. Docet tamen Gail. 1. obs. 91. numer. 2. Prorogationem quartæ dilationis posse ex legitima causa prorogari cum eadem solennitate quâ data fuit, licet facile prorogari non debeat. Gail. 4. n. 2. Est autem prorogatio di-

lacionis labentis, nondum tamen lapsæ extensio. Vallenf. ad §. 2. n. 4. ff. h. e. Ubi addit, quod lapso termino non prorogatio, sed nova dilatio petenda sit.

AD TITUL. X.

De ordine cognitionum.

AD principium tituli sic incipe: Ordine deinceps res cognoscenda, qui exigit causas præponderantes præcognoscit. Ubi observanda regula, quod per minorem causam majori cognitioni non sit faciendum præjudicium, quia major quæstio causam minorem ad se trahit. L. per minorem 54. ff. de iudic. Unde si plures causæ concurrant, quarum una pendet ex altera, prius illa cognoscenda est, à qua altera dependet. L. 5. §. 8. 9. & 10. ff. de agros. & al. lib. Farinac. de var. crimin. q. 100. n. 137. & seqq.

AD TITULUM XI.

Hic titulus planè deleatur ex Zoesio & ponatur sic.

TIT. XI.

De plus petitionibus.

Actori in libello attendendum est, ne in eo petat quid amplius quàm sibi debeat. Plus autem petitur quatuor modis, Re, modo seu causâ, loco, & tempore. Re plus peti dicitur, cui nimirum debentur tantùm quinque, & ille petit octo vel novem. Causâ plus petit, cui quid debetur alternativè, vel in genere, & alter petit speciem simpliciter. §. 33. Instit. de Action. loco plus